

rentur, ad diuersas partes accommodantur, non solum abstersionis gratia, sed etiam ad voluptatem & ad sanitatem. Ablutionis enim cauſa fiunt lotiones capitis, ex lixiuio, ad auferendas fordes: corroborationis cauſa addito agarico: abstersionis gratia, in vlcere capitis, ex lixiuio parato ex abrotano, absynthio, betonica. Sic ad pediculos enecandos adduntur lixiuio amara, vt absynth. lupini, vel nittum. Ad furfutes detergundos, succi vel decocta herbatum amarar. vt absynthii, abrotani, betae, parietariae, saponariae; ita tamen, vt semper capitallia admisceantur, cuiusmodi est betonica. Fiunt autem lixiuia communiter ex cineribus fermentorum, quod fortius erit, si frequentius per cineres coletur.

Ad fœtorem axillarum abluuntur lixiuio confecto ex adstringentibus, vt est lentiscus, myrtus, oleaster, additis odoratis, leuiter adstringentibus, cuiusmodi sunt, rosæ. Abluuntur quinetiam manus & pedes, non solum ad munditiem, sed etiam ad sanitatem, in quam rem usurpare licet herbarum decocta. Quod si detergere solum velimus, lixiuum parabitur ex detergentibus, corroborantibus & siccantibus.

Sic ad tremorem manuum arcendum, & pedum, lauare oportet vino, in quo decocta sit salvia, lauendula, rosmarinus: commendatur etiam ad tremorem, siue fiat ab argento viuo, siue plumbbo, lotio ex aqua & vrina,

Sic ad somnum conciliandum, vt pote in febribus fiunt lotiones pedum, tempore, quo eger dormitum ibit, ex decocto fol. maluæ, lactucæ, vio-

S

lar.